



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Oblatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

O B L A T I O .

*Lanspar.
in Pha-
vetro di-
uino a-
moris.*

ET vnde mihi, Do-
mine, munus, quo
occurram vultui tuo,
& placeam diuinæ ma-
iestati tuæ, nisi ex bo-
nis, & thesauris tuis?
Tibi igitur, clemen-
tissime Pater, omnes
pœnas, & dolores, op-
probria, verbera, &
conuicia, omnes ad-
uersitates, incommo-
da, & labores Vnige-
niti tui I E S U Christi,
agni immaculati, quæ
in

Oblatio. 131

in corpore suo susti-
nuit propter me, om-
nes etiam artus, & sin-
gula membra eius pro-
pter me afflicta, san-
guinem eius propter
me fusum, & pedibus
conculcatum, animam
quoque eius nobilissi-
mam, & pijsimã pro-
pter me à dilecto cor-
pore separatam. Item
vires animæ & corpo-
ris eius, & omnia in
eo vitalia propter me
in mortem tradita, &
nihilominus insepara-
biliter diuinitati vnita:
imò Christum totum,

F 6 bene-

132 *Die Luna*

benedictum filiū tuū,
Deum, & hominem,
omnipotentem, & in-
firmum: despectum, &
gloriosum: miracula
facientem, & in cruce
pendentem tibi offero.

P E T I T I O .

*S. Aug.
Med. 5.
cap. 36.*

TV verò, Domine
IESV, mitte ma-
num pietatis tuæ in
me, & tolle de me,
quicquid offendit ocu-
los pietatis tuæ in me.
Coram te, Domine est
sanitas, & infirmitas
mea;